

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis


Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

LXXIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

ne factum in posterum irritetur in scripto redactum tam sigillo Sanctorum Martyrum F. & R. quam & publici Judicis roboretur: Ut autem hec confirmatio nostra firma semper maneat prout de supradictis omnibus, coram nobis & ministerialibus Abbacie sententialiter pronuntiatum fuit, hanc descriptionis nostre paginam sigilli nostri munimine stabili- mus: Actum in Burgundia in Castello Burgdorf. Anno ab incarnatione Domini M. CC. X. Indiēt. XIII. Anno Domini Imperatoris I. Ottonis — VI. Kal. Aprilis. In Dei nomine feliciter. Amen.



LXXIII.

EX LITERIS FRIDERICI II. IMP. ARGENTINENSIBUS
 DATIS DE LIBERATIONE EGENOLFI DE
 LANDSPERG.

A N N O M C C X I I.


Ex Wenckeri collectis Archiv. & Cancell. juribus. p. 353.

Fridericus &c. Quemadmodum nostro culmini supplicastis, ut pro Egnolfo de Lantsperg concive vestro, quem per *Henricum Marchionem de Hahperg* diciis captivatum; eidem Marchioni pro liberatione ipsius mitteremus nostras litteras efficaces. Ita noveritis nos jam dicto

Cod. Dipl.

S

Marchioni nostris literis dedisse firmiter in mandatis, ut Egnolfum predictum indemnem per omnia pristinae restituat libertati. Datum in Constantia Id. Junii. Regni nostri anno primo.



LIV.

EX ALIIS FRIDERICI II. LITERIS DE EODEM
NEGOTIO.

A N N O M C C X I I .

Ex Wenckeri libro laudato, p. 353. sq.

Fridericus &c. Quemadmodum nostram Majestatem vestris nuper literis requisistis, ut Advocatos nostros per Alfatiam & Civitates ibidem, Vobis adesse mandaremus suis auxiliis & consiliis contra *Heinricum Marchionem de Hochberg*, pro liberatione Egelolfi de Lantsperg, ita noveritis nos Nobilibus Viris Ulrico Comiti Phirretarum, & Ottoni de Ochsenstein, Advocatis nostris Provincialibus, dedisse firmiter in mandatis, ut vobis in hoc negotio una cum Civitatibus Imperii coeorentur, auxilio efficaci. Datum in castris ante Ezzelingen, crastino Laurentii, Regni nostri anno primo.